jus fundamentum eſt, quod cum per *dict. l. Partita*, ve-
niente die reſtitutionis, dominium, & poſſeſſio, ipſo
jure tranſeant in ſubſtitutum donatarium, jus in re
jam illi quæſitum pœnitentia donatoris non eſt au-
ferendum, *l. id quod noſtrum*, 11. *ff. de reg. jur.* Sed hæc
conſideratio movere non debet, ut à D. Covarruvias
deviemus, nam præterquam quod non omninò com-
pertum eſt, ex *dict. l. 7. Partitæ*, abſque traditione domi-
nium, & poſſeſſionem in donatarium ſubſtitutum transfer-
ri, caſu reſtitutionis adveniente, ut conſtat ex notatis
ſupr., ad n. 3. vers. Hanc verò Philippi, etiamſi id conceda-
tur, debet intelligi præcedente ipſius ſubſtituti accepta-
tione, per quam donatio perficiatur; atque ita ſicut com-
muniter receptum eſt, etſi conſtitutio illa ſuppleat defe-
ctum traditionis, acceptationis neceſſitatem non ſuſtulit;
illud enim ad exequutionem contractus reſpicit, hoc ve-
rò ad perfectionem obligationis, nec clauſula reſpiciens
exequutionem actus, ejus naturam poteſt immutare, Mo-
lin. *d. cap. 2. n. 59. 60.* D. Covar. *in rubric. de teſtament. p. 2.*
n. 39. Menoch. *conſ. 84. n. 45.* Aug Barboſ. cum plurimis,
in tractat. de clauſ. uſufreq. clauſ. 60. unde cum D. Covar.
tenendum eſt, donationem non acceptatam per ſecundum
donatarium in caſu *d. l. quoties & l. 7. Partitæ*, poſſe revo-
cari, etiam ſi, tempus adſit, quo effectum erat ſortitura,
in quam ſententiam inclinat Sanch. *dict. dub. 1. n. 10. in fine.*

Ad Num. 14.

52 Maximè dubitari poteſt de veritate hujus illationis,
quoniam oppoſitum verius videtur, admiſſa ut certiore,
& receptiore ſententia, quæ docet, etiam in donatione
facta Eccleſiæ, acceptationem ad irrevocabilitatem deſi-
derari, de qua Hermoſ. *in de l. 4. gloſ. 1. n. 28. cum. ſeqq tit.*
4. p. 5. Sanch. *d. lib. 1. diſ. 6. n. 16.* Mol. *d. c. 2. n. 58.* Ant. Gabr.
commun. lib. 3. tit. de verbor. obligat. conc. 1. n. 27. qui plurimos
referunt, etſi contrarium tueantur alij, quos adducit Her-
moſ. *n. 29.* & Tondut. *q. benefic. c. 83. n. 10.* nam cùm in caſu
d. l. quoties, reſpectu donatarij ſubſtituti vera detur dona-
tio à prima, ac principali diſtincta, Hermoſ. *d. gloſ. 4. n. 16.*
eadem in hac, ac in alia qualiter donatione abſolute facta,
deſiderantur, Molin. *d. c. 2. c. 74. verſ. Quod adeò*, Hermoſ.
ubi proximè, n. 3. Igitur ante acceptationem Eccleſiæ libe-
rum erit, donatori pactum in illius favorem adiectum re-
vocare, atque ita in ſpecie tenent Hermoſ. *in d. gloſ. 4. in*
princ. Grego. Lop. *ibidem*, Sanch. *d. dub. 1. n. 4.* Molin. *ubi pro-*
ximè, Cyriac. *tom. 2. controv. 269. n. 83.* Idémque obtinebit
poſt adventum diei ad reſtitutionem deſignati, ut nuper
in privato probavimus.

Neque ad rem facit *l. fin. Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* Quoniam
ita accipienda eſt, ut tunc Eccleſia abſque traditione do-
minium rerum donatarum nanciſcatur, quando donatio
ſuam perfectionem fuerit conſequuta; quod non contingit,
niſi accedat Eccleſiæ donatariæ acceptatio; quibus adden-
da ſunt, quæ proximè ad *d. l. 7. Partitæ*, diximus; cum eodem
modo illi, ac legi finali, de qua agimus, ſatisfiat. Sed hæc
ſunt limitanda, quando immediatè promiſſio fit Deo, ut
proximè probabitur *num.* 55. nam quod *ibi* de Cauſa pia,
etiam de Eccleſia intelligendum eſt.

Non magis urget communis opinio docens, favore Cau-
53 ſæ piæ poſſe alteri per alterum ſtipulari: Quod quidem
verum eſt, ut ſubſiſtat ſtipulatio, alias inutilis, *l. ſtipu-*
latio iſta 38. §. alteri, ff. de verb. obligat. non tamen ut ſine
54 ratihabitione fiat irrevocabilis donatio, quæ etiam facta
favore piæ cauſæ acceptationem deſiderat, Guttier. *in d. c.*
quamvis pactum. in princ. n. 55. Molin. *d. c. 2. n. 65.* & cum
55 multis reſolvit Hermoſ. *d. l. 4. gloſ. 1. n. 28. cum ſeqq.* ubi con-
trarias refert opiniones; & hinc, quàm ſequitur, limitat, ſi
in honorem Dei aliquid piæ cauſæ promittatur ita: *Promitto*
Deo, me daturum tali hoſpitali centum; nam hæc donatio
ſtatim efficitur irrevocabilis, & valet in vim voti; de quo
Sanch. *d. diſp. 6. n. 17.* Barboſ. *in l. 1. p. 3. n. 18. 19. ff. ſolut. matr.*
Barboſ. junior *in collect. ad l. il ud. num. 16. Cod. de ſacra Eccl.*
Bart. *ibi numer. 6.* Roſella, Angel. Sylveſt. *in ſum.* apud
Sanch. qui obſervat in hoc ſtandum eſſe intentioni pro-
mittentis, & in dubio votum præſumi Præterea hoc inte-
reſſe, cum quis obligatur ex voto, aut ex promiſſione, ut
homini, facta in favorem piæ Cauſæ; nam primo caſu po-
terit obligatio tolli, aut commutari authoritate Epiſcopi
non conſentiente eo, cujus intereſt; non ſic ſecundo, cùm ſe-
mel fuerit acceptata donatio Eccleſiæ, aut piæ Cauſæ no-
mine. Ex quibus conſtat, quod etſi modus adiectus ſit in
favorem Eccleſiæ, vel cauſæ piæ, poteſt ante acceptatio-
nem vocari quocumque tempore ab ipſo donatore. 56

Objicit Hermoſ. *d. gloſ. 4. n. 13.* D. Covar. quod in ejus
mentem non venit *d. l. 7. Partitæ*, quando hic conſtituit dif-
ferentiam inter Eccleſiam, & privatum, quoad deciſio-
nem textus in *d. l. quoties*? ſed non rectè, nam cum D. Co-
var. *ſuprà, hoc c. num. 5.* docuiſſet, ea conſtitutione non ob-
ſtante, nec dominium, nec poſſeſſionem in ſecundum do-
natarium ſine traditione tranſire, non ex oblivione, ſed
conſultò inter privatum, & Eccleſiam diſtinxit, ob *d. l.*
fin. C. de ſacroſ. Eccleſ. in quo conſequenter loquutus eſt,
licet ejus ſententia præcipua jure non probetur communi-
ter, ut *ibi* diximus.

Ad num. 15.

Ex præmiſſis apparet, probabilius eſſe, modum adie-
ctum in favorem piæ Cauſæ, vel Eccleſiæ, poſſe ante acce-
ptationem revocari per ipſum donatorem; & ita tenent
Sanch. *d. dub. 1. n. 4.* Molin. *d. cap. 2. num. 74.* Navarr. *in apo-*
log. lib. monit. 60. num. 2. & alij adducti *ſuprà, num. 52. ad*
medium, quibus jungendi ſunt omnes, qui docent, dona-
tionem Eccleſiæ, vel piæ Cauſæ factam, revocabilem eſſe
ante acceptationem, quos cumulant Barboſ. *in dict. colle-*
ctan. nu. 16. Guttier *de matrim. c. 6. num. 6.* & alij laudati *ſup.*
d. num. 52. in princ. nam inter donationem ſimplicem prin- 57
cipaliter factam, & eam, quæ per adjectionem gravaminis
in alterius favorem fit; nulla eſt (ut ex Hermoſ. Molin, &
aliis ſupra obſervavimus) differentia.

Utrum donatio dotis cauſa facta poſſit ante acceptatio- 58
nem revocari? controvertitur; de quo Menoch. *conſ. 92.*
num. 79. ubi pro utraque parte aliquos refert, & verius eſt,
re integra, id eſt, antequam matrimonium contrahatur, ad
quod aliquid dotis cauſa donatum eſt, poſſe pænitere do-
natorem; poſtea non utique: Paul. de Caſtr. *in l. ſi ego §.*
ſi res, ff. de jur. dot. Bald. *in l. ſicut, C. de actionib. & oblig.* Deci.
conſ. 35. num. 10. verſ. Et per illum. textum.

Ad Num. 16.

Interpretatio ad *d. l. ſi ego 10. §. ſi res, ff. de jur. dot.* quam 59
D. Covar. contra Communem tradit, non videtur Ulpiani
menti convenire; nam ſi, ut ipſe putat, defunctus non po-
tuit, dum vixit, mandatum illud revocare, neque ejus hæ-
res poſſet, omni dotis favore ſecluſo; ſi quidem quod ipſis 60
contrahentibus obſtat, & eorum ſucceſſoribus obſtare de-
bet; *l. quod ipſis 196. ff. de regul. jur.* ubi Rævard. qui ait, non
poſſe melioris conditionis hæredem, quàm defunctum eſſe;
ſed ejuſdem cenſetur; *l. hæredem 60. ff. de regul. jur.* Menoch.
conſil 934. num. 44. Cyriac. *controverſ. 277. num. 3.* Neque
ſpecialitatem contineret, quod hæres compelleretur con-
ſentire alienationi rei ſuæ nuptijs ſequutis, ſi ad idem do-
nator præciſè teneretur: Nam dominium cum ſua cauſa 61
vadit ad ſucceſſores, *l. ſi convenerit. 18. §. ſi fundus, ff. de pi-*
gnor. action al eratio 67. ff. de cont. emption. Cyriac *ſup. n. 10.*
& hæres regulariter compelli poteſt, ad quod anteceſſor
tenebatur; *l. poſtulante 44. ff. ad Trebel.* Cyriac. *num. 7.* Nat-
ta *conſ. 430. num. 2.* qui in commodum, & in incommodũ 62
æquè ſuccedit, *l. 3. in princ. ff. de bonor. poſſeſ.* aliàs plus juris
haberet hæres, quam teſtator: contra regulam *l. nemo plus*
55. ff. de reg. jur.

Quibus perpenſis, dubium eſſe non poteſt quin defun- 63
cto donatori licuerit, re integra, mandatum revocare; quæ
facultas de rigore juris, etiam hæredi competere debebat,
qui in omnes jus teſtatoris ſucceſſit; *l. cum. hæredes 23. ff. de* 64
acquir. poſſeſ. l. cum hæres 11. ff. de diverſ. & temp. præſcript.
Angel. *de acquirend. poſſeſ. quæſt. 10. articul. 6. numer. 3.*
Cyriac. *controverſ. 327. numer. 56.* Menoch. *conſ. 108. num.*
46. Nec ex perſona ſucceſſoris natura obligationis immu-
tatur, *l. 2. §. ex his. ff. de verb. obligat.* Cyriac. *dict. con-*
troverſ.

troverſ. 277. nu. 5. Carleval. *de judic. tom. 2. tit. 3. diſputat. 9. nu-*
mer. 2. cum defunctus, & hæres juris intellectu una ea-
démque perſona cenſeantur, *Auth. de jurejur. à morien. præ-*
ſtit. in princ. Carleval. *ſup.* Merlin *de pignoribus lib. 2 quæſti n.*
65 *66. num. 7.* Menoch. *de præſumpt lib. 3. præſumpt. 47. 1.* Imò
potius mandatum illud, mortuo, qui mandavit, ante nu-
ptias ſequutas debebat expirare; *l. inter cauſas 26. ff. mandati*
l. mandatum 15. C. eod. tit. Sed ſuadente dotis favore, hære-
dis juri derogatum eſt, atque ita non ſolum mandatum
poſt mortem domini durat, verumetiam irrevocabile ma-
net, ut fert commune DD. placitum; de quo Morla *in empor.*
titul. de juriſdic. omn. judic. n. 103. Sanch. *d. diſput. 6. num. 9.*

Unde colligitur in *d. §. ſi res.* minimè probari, non lice-
re donatori pœnitere, quando in Cauſam piam liberaliter-
66 tem exercet, etiamſi nulla interveniat acceptatio. Imò con-
trarium probat textus in *l. 1. C. ſi mancip. ita fuer. alien.* Illud
autem ex illo textu ſolùm deduci poteſt, eam revocatio-
nem mandati ad pias Cauſas, hæredi mandatoris non eſſe
permiſſam. Nec rectè argui poteſt hoc modo: *Hæredi non li-*
cet revocare, ergo nec teſtatori licebat; non enim legitimè
67 infertur, quando quidem donator ipſe poteſt ante accepta-
tionẽ donationem revocare, ut notum eſt, quod hæres ejus
non poteſt; Sãch. *d. dub. 1. num. 11.* & alij *infrà* referendi *num.*
72. ubi D. Covar. ſic docet, facitque. *l. 3. ff. de ſerv. export.*

Nec replicet aliquis, hoc eſſe contra proximè dicta;
nam ſi hæres nequit revocare donationem, quam defun-
ctus poterat, quomodo in caſu *d. l. ſi ego*, neceſſe fuit ſpe-
cialis favor dotis, ne hæres revocaret donatum, ut dicitur
in *d. §. ſi res.* Nam reſpondetur, *ibi* nullam fuiſſe donatio-
nem, cùm jure civili ante *l. ſi quis argentum. C. de donation.*
illa non valeret, niſi ſtipulatione, aut traditione interve-
niente, & utrumque in *d. § ſi res*, defecit; ſi quidem donum
datum non eſt illi, cui donatio facienda erat, ex quo con-
ciliatur *l. 2. § ſi pecuniam, ff. de donat.* ubi pecuniam donator
tradidit donatario, atque ita valuit donatio ſub conditio-
ne, quæ ſtatim per acceptationem irrevocabilis facta eſt,
tam quoad donantem, quàm quoad hæredem, niſi ex defe-
ctu conditionis reſolveretur.

Quæ non impugnat principium *d. l. ſi ego*, quod D. Co-
var. allegat, in quo duplex eſt caſus. Primus quando res
ita fuit tradita, ut ſtatim mulieris fieret, & revoca-
68 tioni non eſt locus, cum fuerit donatio omnino perfecta;
d. §. aliæ, l. ſt. de donat. Sed, matrimonio non contracto,
condictio datur ad repetendum, quaſi cauſa non ſequuta,
ob quam fuit datum *l. legem 9.* ubi Gloſ. *C. de donat.*
Secundus caſus fuit cum res ſic eſt dedita, ut donatori ma-
neret, dum nuptiæ non contrahebantur; quibus non ce-
lebratis, Conſultus vindicationem competere ait illi, qui
tradidit; ſed non ideò negat, hoc caſu ſi donator vellet,
potuiſſe pœnitere, cum nullum ſit impedimentum; ut ex
proximè dictis ſatis colligitur. Similiter Imperator in
d. l. legem, donatorem præſcriptis verbis agere poſſe ad im-
plementum modi, quem donando adjecit, dixit; nec me-
minit condictionis ob cauſam, quæ illi etiam ad repeten-
dum, quod dedit, competebat. *l. 1. Codic. de donat. quæ*
ſub mod.

Verſ. *His equidem omnibus.*

69 Sequitur Menoch. *conſ. 296. num. 85.* & Ruin. *conſ. 7.*
num. 29. lib. 1. & eſt receptius, licere, in contractibus in-
nominatis etiam favore piæ Cauſæ geſtis pœnitere, quod
70 de jure communi procedit; nam quoad jus Regium, pro-
pter *d. l. 2. tit. 16. lib. 5. Recopil* generaliter, in hujuſmo-
di contractibus locus pœnitentiæ non eſt, ſed offerens
unus ex contrahentibus id ad quod tenetur, poterit al-
terum præciſè compellere, ut conventioni ſtet; quod ma-
gis obtinuit, etſi aliqui renuant; de quo Ant. Gom.
variar. lib. 2. capit. 8. numer. 4. Parlador. *quotidianar. lib. 2.*
capit. 3. numer. 32. & different. 135. numer. 10. Guttier. *de*
juram. confirmat. parte prima. cap. 35. numer. 1. Gregor. Lop.
in l. 3. gloſ. 4. titul. 6. p. 5. Perez. *in dict. l. 3. Ordinam.*
Matienço *in dict. l. 2. Recop. gloſſ. 2. num. 6. 7.* Azeved. *in*
l. 1. numer. 6. titul. 21. lib. 4. Recopil. Salced. ad Bern.
Diaz. *reg. 549.* Par. Molin. *tom. 2. diſp. 258. numero octavo*
Guzman *de evict. on. quæſt. 24. à numer. 58.* Pichard. *in §.*
actionum, quæſt. 27. à numer. 37. Inſt. de acti. Quid de ju- 71
re Canonico? controverſum eſt; conſule ultra præ-allega-
tos, Fachin. *lib. 11. controverſiar. cap. 8.* Cancer. *variar.*
part. 1. cap. 5. num. 53. Padillam *in l. naturalis, §. & ſiqui-*
dem, num 18. ff. de præſcript. verb.

Ad Num. 17.

Quod hæres donatoris revocare nequit donationem
non acceptam, docent Borrel. *in ſum. deciſion. tom. 3. titulo* 72
decimo, numer. 156. Trentacinq. *variar. libro. tertio,*
titul. de donat. reſolu. 1. numero decimo quarto, verſicul.
Declara hinc, & verſicul. Licet donatio, Molin. *de primo-*
gen. dict. capit. 2. numer. 77. Iul. Clar. *dict. § donatio quæ-*
ſtion. 13. in fine, Hermoſ. *dict. l. 7. gloſ. 4. numero duodeci-*
mo. Sanch. *dict. dub. 1. numero undecimo.* Cancer. *part. 1.*
capit. 8. numero quadrageſimo. primo. Pat. Molin. *dict. diſ-*
putat. 265. numero decimo tertio Robles de Salced, *ſuprà,*
libro tertio, capit 19. numer. 16. Ex qua ſententia planè col-
ligitur, mortuo donatore, validam manere donationem,
acceptarique à donatario poſſe; ut docent Molin. *d. c.*
2. nu. 77. Fontanel. *part. 1. gloſ. 8. n. 6. 7.* & alij apud
Hermoſillam *in dict. l. 1. gloſſ. 4. num. 50.*

Ad Num. 18.

Aſſentit Sanch. *d. dub. 1. in fine*, de quo Mareſcot *va-*
riar. lib. 1. capit. 5. à num. 5.

AD CAPUT XV.

Fructus pendentes rei venditæ, vel aliter in alium tranſlatæ; cui debeantur.

SUMMARIUM.

1 *Fructus pendentes tempore venditionis fundi ad emptorem pertinent.*
2 *Fœtus pecorum nondum editi inter fructus pendentes numerantur.*
3 *Venditor fundi tenetur de evictione pro fructibus pendentibus qui erant à initio.*
4 *Fundo locato vendito cum fructibus pendentibus cedunt emptori.*
5 *Re vendita, omnia cenſentur alienata, quæ illi cohærent, vel accedunt.*
6 *Fructus pendentes, & fundus, cui cohærent, eadem res cenſentur.*
7 *Una, eademque res diverſo jure cenſeri non debet.*
8 *Fructus pendentes inter immobilia computantur.*
9 *Quo ſenſu fructus pendentes pars fundi eſſe dicantur.*
10 *De intellectu*, l. fructus 45. ff. de rei vendicat. *remiſſivè.*
11 *Poſt perfectam venditionem, commodum, & incommodum rei venditæ ſpectant ad emptorem.*
12 *Commodo cedit, à quo periculum incipit.*
13 *Ratio propter quam fructus pendentes emptoris fiunt.*
14 *Non dividuntur, quia cum fundo empti ſunt.*
14 *Utrum fructus ſati, ac collecti poſt perfectam venditionem an ad emptorem pertineant.*
16 *Uſufructuarius nihil proprium habet in fructibus pendentibus.*
17 *Mortuo uſufructuario ante collectos fructus, omnes domino proprietatis cedunt.*
18 *Fructus pendentes tempore, quo dominium fideicommiſſi tranſit in fideicommiſſarium, ipſi debentur omnes.*
19 *Idem juris eſt de pendentibus, cum dies fideicommiſſi cedit, nec fide commiſſa ius petere negligit.*
20 *De intellectu* Iulianus, § ſi fructibus, ff. de actionib. empt. *remiſſivè.*

21 *Penſio fundi locati, ſi pendentibus fructibus vendatur, eſt pro rata temporis dividenda.*
22 *Penſio fundi, vel domus locatæ cedit venditori, qui locavit, licet eam debeat reſtituere.*
23 *Reſpondetur pro Accurſio ad* l. defunctâ, ff. de uſufruct.
24 *Quare emptor omnes fructus pendentes ſuos facit, & non totam penſionem fundi locati.*
25 *Traditur differentia inter venditorem fundi, & uſufructuarium, quoad acquiſitionem penſionis pro tempore ante venditionem, & finitum uſufructum.*
26 *Interpretatur* l. 1. in princip. ff. de jur. Fiſc.
27 *Ratio Accurſianæ opinionis traditur.*
28 *Quomodo dividitur penſio domus, & fundi locati inter emptorem, & venditorem.*
29 *Explicatur* d. l. fin. §. de jur Fiſc.
30 *Emptor ſtare locationi non tenetur.*
31 *Fallit, ſi fiſcus, qui locavit, vendiderit.*
32 *Emptor quia actione conſequi poterit penſionem ſibi debitam, quia colonus poſt venditionem uſus eſt fundo vendito.*
33 *An redimens rem ex pacto retrovendendi, fructus omnes pendentes ſibi quærat ſolutis expenſis? refertur Affirmativa*
34 *Contraria approbatur.*
36 *Ratio redditur.*
36 *Limitatur vera ſententia primo.*
37 *Fundo vendito cum fructibus pendentibus proximis collectioni, & cum pacto retrovendendi, licet fundus eodem tempore ſequentibus annis redimatur, fructus pendentes redimentis non fiunt.*
38 *Limitatur ſecundo ſententia approbata ſuprà*, n. 34.
39 *Reſpondetur ad objectionem.*
40 *Quomodo facienda ſit diviſio fructuum pro rata temporis.*
41 *Fructibus fundi legatis in ſingulos annos quoad vivat legatarius, eo mortuo poſt inceptum annum omnes hæredi legatarij debentur.*
42 *De retractu ex jure ſanguinis qui tractant.*
43 *Fructus omnes, qui pendebant tempore emptionis, ad retrahentem jure ſanguinis pertinent.*
44 *Exponitur* D. Covaruv. *ne contra Communem loquutus videatur.*
45 *Fructus ſati, ac percepti poſt emptionem ante moram, aut litis conteſtationem, ad conſanguineum retrahentem non ſpectant, ſed ad emptorem.*
46 *Conſueta apponi in contractibus, ſi omittantur, an pro expreſſis haberi debeant?*
47 *Redimens cenſum tenetur ad redditus decurſos uſque in diem, quo redimit, pro rata temporis.*
48 *Idem eſt, ſi redditus ſolvendi ſint in fructibus, etſi tempus collectionis non venerit.*
49 *Lege poſitiva ſeclusâ licet cenſum conſtituere, ut redditus in pecunia non ſolvatur.*
50 *Non eſt prohibitum in Hiſpania cenſum irredimibilem, aut reſervativum conſtituere, ut redditus in vino, frumento, aut alia ſpecie præter pecuniam ſolvantur.*
51 *Clerici in bonis in uſum Eccleſiæ quæſitis, ſucceſſorem ex teſtamento, vel ab inteſtato habere jure communi non poſſunt*
52 *Contrarium in Hiſpania obſervatur.*
53 *An liceat Clericis de prædictis bonis teſtari in uſus non pios in Hiſpania?*
54 *Epiſcopi in Hiſpania de illis bonis teſtatori, aut ſucceſſorem ab inteſtato habere non valent.*
55 *Poſſunt teſtari de bonis aliundè quæſitis, dum Epiſcopatu fungebantur.*
56 *Quomodo dividendi ſint fructus, mortuo beneficiario, inter ipſius hæredem, & beneficiarium ſuccedentem.*
57 *In primis ſtandum eſt Epiſcopatus conſuetudini.*
58 *Bulla Iulij Tertij circa diviſionem fructuum beneficiorum in Hiſpania in uſu non eſt.*
59 *Quomodo dividendi ſunt fructus inter reſignantem, & reſignatarium beneficij.*
60 *Penſio Eccleſiaſtica dividenda eſt pro rata temporis inter hæredem penſionarii, & eum cui illa vacat.*
61 *Fructibus omninò deficientibus, beneficiarius ſolvere penſionem non debet.*
62 *Idem eſt, ſi tantum percipiantur neceſſarij ad Congruam miniſtrantium ſpiritualia.*
63 *Deminutio fructuum non minuit penſionem extra caſus prædictos.*
64 *Fructus pro rata tẽporis dividuntur inter commendatariorũ Ordinum Militarium hæredes, & ſucceſſorẽ in commendam.*
65 *De diviſione fructuum inter hæredes feudatarij, & eum, qui ad feudum admittitur.*
66 *Feudum eſt beneficium, quod datur propter officium.*
76 *A quo tempore dominium, & fructus rei legatæ pertinent ad legatarium.*
68 *Quid quando res certa teſtatoris in ſpecie legabatur.*
69 *Iure Regio verum dominium tranſit in legatarium à morte teſtatoris.*
70 *Omnia teſtamento relicta jure communi pendent ab adita hæreditate.*
71 *Iure Regio legata debentur, licet hæreditas non adeatur.*
72 *Quando tranſeat dominium rei legatæ in legatarium, ſi non legetur res propria teſtatoris in ſpecie.*
73 *Fructus debentur legatario, ex quo dominium tranſit in ipſum non fictè, ſed verè.*
74 *Idem eſt fideicommiſſo particulari.*
75 *Quid in univerſali? remiſſivè.*
76 *De diviſione fructuum majoratus.*
77 *Pœnæ Fiſcales quomodo dividendæ inter hæredes poſſeſſoris majoratus, & ſequentem.*
78 *Succedens immediatè majoratus fundatori, omnes fructus pendentes acquirit.*
79 *Refertur ſententia tenentium, fructus pendentes majoratus ad ſucceſſorem ejus pertinere.*
80 *De alijs fructuum diviſionibus; remiſſivè.*

FRuctus pendentes tempore venditionis fundi ad emptorem pertinere, niſi aliud ſit expreſſum, nullus infi- 1
ciatur; atque ita docent Ant. Gom. *variar. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 11. Molin. *de primogen. lib.* 3. *c.* 11. *num.* 8. Donell. *comment ar. lib* 13. *c.* 4. *in princip.* Avendano *de reſib. cap.* 50. *num.* 1. *cum alijs* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 7. *à nu.* 37. Moz. *de contractib. tract. de emptionis tit. de natural. emption. num.* 43. Mantic. *de tacit. & ambig. convention. lib.* 4. *tit.* 16. *num.* 41. *cum ſeq.* Lugo *de juſt. & jur. tom.* 1. *diſp.* 26. *n.* 209. *verſ. Regula generalis*, Valenzuel. *conſ.* 59. *nu.* 11. 12. Ant. Faber. *de errorib. decad.* 11. *error.* 3. *verſ. Nihil autem.* Cancer. *variar. p.* 1. *c.* 13. *n.* 94. Caſtill. *de uſufruct. c.* 42. *à n.* 7. Paz *in prax. tom.* 3. *c.* 6. §. 2. *n.* 6. five maturi, ſivè immaturi extent Hermoſ. *in l.* 28. *gloſſ.* 2. *num* 6. *tit* 28. *p.* 5. & omnes communiter, quicquid Thelaur. *deciſ.* 66. *n.* 5. di- 2
ſtinguat. Fœtus etiam pecorum nondum editi emptori gregis cedunt, nam & hi fructibus pendentibus annumerantur; Parlador. *different.* 124. §. 1. *n.* 8. Palac. Rub. *in rubric. de donat.* §. 62. *n.* 11. Matienço *in l.* 4. *gloſſ.* 1. *n.* 4. *tit.* 9. *lib.* 5. *Recop lat.*

Quod adeò verum eſt, ut ſiquis fundum, quem, fructibus 3
pendentibus exceptis, emerat, eiſdem nondum perceptis, abſolutè vendiderit, illi fructus quoque venditi exiſtimentur; non ut eos emptor retineat, ſed ut venditor de evictione teneatur; Lugo *ſupr.* niſi ille ſciret tempore contractus fructus, qui pendebant, ad primum venditorem ſpectare; Hermoſ. *in l.* 18. *gloſſ.* 1. *à n.* 17. *tit.* 5. *p.* 5. Ant. Gom. *ſupra n.* 12. Cancer. *variar. part.* 1. *c.* 8. *de donat. à n.* 71. Petr. Barboſ. 21. *in l. divortio, in princ. part.* 1. *n.* 82. *& in* §. *fin. n.* 125. *cum alijs.*

At ſi fundus locatus, fructibus pendentibus, diſtrahatur, neque convenerint contrahentes de ſtando locationi, eos 4
emptor ſuos facit, venditorque ad intereſſe colono tenebitur; *l. fin. ff. de jur. Fiſc.* Hermoſ. *in de l.* 28. *gloſ.* 2. *n.* 59. *tit.* 5. *p.* 5. Mantic. *d. lib.* 4. *tit.* 24. *n.* 44. quod pariter in colono partiario procedit; Hermoſ. *n.* 66. ubi alij, Mantic. *d. tit.* 16. *n.* 45. Idem quod de fructibus pendentibus dictum eſt, ad penſiones rerum, quæ naturaliter fructificant, ut fundus, extenditur; nam ſi illæ, fructibus pendentibus, vendantur, totam penſionem emptori cedere, tenent Mantic. *ſup. tit.* 24. *n.* 44. Hermoſ. *ubi proximè. à n.* 58. de quo tamen videas inferius dicenda ex *n.* 21.

Ad

Ad Num. 1

Vendita re, omnia alienari cenſentur quæ illi cohærent,
5 vel accedunt; *in modicis* 14. *l. ædes ſacra* 73. *ff. de contr. emp. d. l.* 28. *tit.* 5. *p.* 5. necnon quæ quaſi pars ejuſdem habentur, *l. Iulianus* 14. §. *vit ff. de act. empt* Mantic *ſuprà, tit.* 5.
6 *per totum* Ant. Gom. *n.* 13. Hermoſ. *d. gloſ.* 2. *n.* 1. Tuſch. *practic. concl. lit. V. concluſ.* 72. *n.* 7. Cum autẽ fundo fructus pendentes naturaliter cohæreant, ideò venditi intelliguntur, ſi nihil de ipſis dictum ſit. ſiquidum una eademque res per
7 cohærentiam, fundus, & fructus, quæ diverſo jure cenſeri non debent, *l. in rem* 24 §. *item quæcumque, in fine, ff. de rei vendicat. l. eum, qui ædes, ff. de uſuc.* Eſcobar *de ratiocin. libr* 2. *comp.* 16. *num.* 3. Hermoſ. *num.* 7. Merlin. *de pignor.*
8 *lib.* 2. *quæſt.* 53. *num.* 37. Guttier. *Canonic. lib.* 2. *c.* 8. *num.* 6. Cyriac. *controver. to* 2. *controverſ.* 297. *num.* 49. Ant. Gom. *num.* 14. Ex qua identitate idem Gomez *in l.* 40. *Taur. num.* 74. *verſ. Tertio facit*, poſt Bald. *in cap.* 1. *col. fin. in fin. de pac. tenend. & ejus violator.* infert, quod ſi Statuto caveatur, ut propter delictum aliquod bona mobilia rei publicentur, non comprehenduntur fructus pendentes: nam ratione fundi, inter immobilia computantur; Merlin. *ſupr. quæſt.* 49. *num.* 3. Parlador. *rer. quotidian lib.* 2. *cap. fin.* §. 3. *num.* 13. Tiraquel *ſupr. num.* 37. 44. Guttier. *d. cap.* 36. *num.* 7. Caballin. *millel. q.* 518. Mantic. *de conjectur. ultim. voluntat. lib.* 9. *tit* 3. *num.* 7. Unáque ſubſtantia tales fructus cum fundo cenſentur, ut inquit Guttier. *num.* 5.

9 Sunt fructus pendentes (ut D. Covarr. docet) pars integralis fundi ex ſuppoſitione. Pro cujus intelligentia ſcire oportet, partes integrales cujuſque rei abſolutè dici, quæ ita eam componunt, ut, una dempta, ipſa res non ſit integra, nec completa; ut omnia membra, reſpectu corporis humani, ſunt partes integrales; nam ſi abſit manus, vel pes, illud non erit integrum; & perfectum, ſed. mutilum; cùm naturaliter ad ſui perfectionem, & integritatem, ſuis omnibus membris debeat conſtare. Diſſimiles ſunt fructus reſpectu fundi, cùm ad hujus integritatem, & complementum illi neceſſarij non ſint, quare non minus integer erit fundus, licet fructus pendentes non habeat, ex accidenti tamen cum fundo hoc, cui adhærent, unum totum conſtituunt, quo ſenſu pars illius integralis dici poſſunt, veluti cùm lapidum acervo alius lapis adijcitur, qui pars integralis illius incipit eſſe ex ſuppoſitione, quod alijs conjunctus eſt, non quia, illo dempto, acervus haud integer eſſet. Quæ comprobat communis doctrina, quæ habet, promittentem ſimpliciter fundum, ipſum ſine fructibus præſtando, liberari; *l. ſi filius fam.* 78 §. 1. *ff. de verb. obligat.* Carol. Molin. *in l. unic. num* 202. *C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt.* Barboſ. *in d. l. divortio, in princ. num.* 80. Gutter. *ubi proximè, num.* 17.

10 Sic intelligendus eſt Conſultus in *l. fructus* 45. *ff. de rei vendicat.* qui ideò verbo, *videntur*, uſus eſt, ut inſinuaret, fructus non abſolutè fundi partem dici, dum pendent, de cujus textus interpretatione, Caſtill. *libr.* 1. *de uſufruct. capit.* 2. *num.* 39. Guttier. *de tutel. part.* 3. *capit.* 36. *à num.* 16. Avendaño *ubi ſupra*, licet DD. ſine diſtinctione paſſim dicant, fructus pendentes fundi partem eſſe, Eſcobar. *de ratiocin. part.* 2. *comput.* 19. *num.* 3. Hermoſ. *d. gloſ.* 2. *numer.* 7. Menoch. *de arbitr. caſ.* 256. *numer.* 5. Ant. Gom. *d. l.* 40. *numer.* 74. *verſ. Quia tales*, & *verſ. Tertio facit*, Paz *in praxi dict.* §. 2. *num.* 7. Lugo *ubi ſupr.* Cancer. *d. cap.* 13. *numer* 94. Cyriac. *tom.* 3. *controverſ.* 490. *numer.* 56. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 23. *num.* 11. Trentacinq. *variar. lib.* 3. *reſol.* 6. *de empt. num.* 1.

Ad Num. 2.

Etſi periculum, & commodum rei venditæ, poſtquam
11 de re & pretio inter contrahentes convenit, quo venditio perficitur, ſpectent ad emptorem: *l. id, quod* 7 *ff. de peric, & com. rei vend. l. neceſſario* 8 *eod.* Cyriac. *tom.* 2. *controverſ.* 259. *numer* 25. Menoch. *conſ.* 26. *numer.* 16. Pichard. *in* §. *cùm, autem, num.* 1. *Inſtitut. de empt.* Pat. Molin. *de juſt. & jur. diſp.* 366. *numer.* 11. Morl. *in empor. jur. part.* 1. *titul. de emption. in prælud. numer.* 103. I. Afflict. 399. *numer.* 8. D. Larrea *Granatenſ. deciſ.* 69. *numer.* 5. Ant. Gom. *dict. capit.* 2. *numer.* 32. Hermoſ. *in l.* 23. *gloſſ.* 2. *à numer.* 2. Ant. Fab. *lib.* 2. *conjectura. capit* 4. Ex hoc nullum fundamentum ſumi poteſt, ut fructus pendentes ad emptorem pertinere dicamus, quandoquidem commodum debet cede- 12
re, quo periculum incipit: quare habenda ratio non eſt periculi imminentis poſt contractum ad acquirendos fructus, qui antea fuerant producti. Ratio verò potiſſima, propter quam fructus pendentes debentur emptori, eſt: 13
quia intuitu eorum plus pretij pro fundo ſoluit, cujus valor propter cohærentes fructus augeſcit, Menoch. *conſ.* 13. *numer.* 7. Guttier. *dict. capit.* 36. *num.* 18. Barboſ. *in dict. l. divortio, in princip. num.* 81. Fabian. de Monte *de empt on. quæſt.* 6. *numer.* 22. Tiraquel. *ubi ſupr.* Hermoſ. *in d. l.* 28. *gloſ.* 2. *numer.* 7. & 8. ubi ex alijs notat, matrem non pluris æſtimari, quia prægnans eſt, *l. in lege falcidia* 9. *ff. ad l. falcid.* & hoc propter periculum partus. 14

Ex quo evenit, ut hi fructus non ſint dividendi, ſed omnes emptori relinquantur, quorum omnium pretium numeravit, ut proximè laudati D D. affirmant.

Ibi: *Alioqui in perceptis à venditore.*

Dubia quæſtio eſt, quæ tangitur in præſentiarum, & 15
magis receptum videtur, ut fructus ſati ac etiam collecti poſt perfectam venditionem, & ante traditionem fundi, ac pretij, regulariter emptoris fiant, de quo latius infrà, D. Covaruvias. *libr.* 3. *capit.* 4. *num.* 7. Hermoſ. *ubi proximè à numer.* 12. Anton. Gom. *dict. cap.* 2. *num.* 11. Moz. *dict. titul. de natural. emption. num.* 43. Valaſc. *de partitionib. capit.* 28. *num.* 8. Cancer. *ſup. dict. c.* 13. *numer.* 94. Scaccia *de commerc.* §. 1. *quæſt. part.* 2. *amplia.* 8. *num.* 77. Quid in venditione conditionali, docet Mantic. *ſupra de tacit. convent. libr.* 4. *titul.* 26. *à nu.* 10. Carroc. *deciſ.* 51. Barboſ. *in l. ſi mora, numer.* 101. *ff. ſolut. matrim.* ubi ait, ſi conditio ſit caſualis, fructus emptori cedere, ſecus ſi poteſtativa. Sed in prædictis caſibus, emptor tenetur uſuras pretij non ſoluti, niſi venditor fuerit in mora Cancer. & alij *ſupr.*

Verſ. *His accedit*

Uſufructuarius in fructibus pendentibus, imò neque 16
in illis, qui per ſe ex arboribus decidunt, nullum jus quærit, ſed eos per ſe, vel per alium colligendo, ſuos facit, undè ſi uſusfructus morte, vel alia ratione extin- 17
guatur, fructus minimè dividuntur, ſed domino proprietatis remanent, qui tamen expenſas ſolvere compelletur, *l. ſi uſufructuarius* 13. *ff. quib. mod. uſusfruct. amittat*, *l.* 3. *titul.* 8. *part.* 5. §. *is verò*, *Inſtitut. de rer. diviſ. l. qui ſcit.* §. 1. *verſ. Præterea*, *ff. de uſur. l. ſi* 14. *ff de uſufruct.* Cyriac. *tom.* 2. *controverſ.* 319. *num.* 14. Carroc. *de locat. titul. de tert. grad. perſonar. quæſt.* 23. *numer.* 4. Pat. Molin. *diſput.* 635. *num.* 2. Spin. *in ſpec. teſtament. gloſſ.* 13. *num.* 30. Cavalcan. *de uſufruct. mulier. relict. num.* 242. Pont. *conſ.* 100. *num.* 4. Marr, Monet. *Aragon. decis.* 17. *num.* 11. Surd. *cons.* 227. *num.* 22. *lib.* 2. Caſtill. *ſupra cap.* 77. *num.* 1. Molin. *dict. c.* 11. *numer.* 3. Pichard. *in dict.* §. *is verò, num.* 1. Eſcobar. *d. lib.* 2. *comp.* 20. *numer.* 1. *cum ſequentib.* Anton. Gom. *dict. numer.* 74. *vers. Secundò*: & in ſpecie Guttier. *dict cap.* 36. *numer.* 9. Quamvis hæres fructuarij fructus poſſit retinere, donec ſibi ſolvantur expenſæ, Caſtil. *ſup. num.* 5. ubi alij, Cavalcan. *num.* 246.

Ibi: *Sic & fructus ex fundo.* 18

Fructus pendentes tempore, quo ex fideicommiſſo dominium fundi quæritur fideicommiſſario, ei integrè debentur, etſi major pars anni præterierit, quod communi aſſenſu D D. comprobatur, Molin. *num.* 2. Guttier, *Canonic. quæſtion. lib.* 1. *cap.* 31. *num.* 2. Menoch. *d. cas.* 256. *num.* 25. *cum. ſequentib.* Ant. Gom. *variar. lib.* 1. *c.* 5. *numer.* 15. *verſicul. Si verò hæres gravatus*. Mareſcot. *variar. libr.* 2. *capit.* 112. *à numer.* 45. Matienço *in l.* 1. *gloſſ.* 19. *num.* 15. *tit.* 4. *lib.* 5. *Recopil.* Tuſch. *lit. F. concl.* 277. Pat. Molin. *ſupr. n.* 3. Valaſc. *conſultat.* 36. *n.* 3. Avendaño *in l.* 42. *Taur. gloſſ. num.* 1. Fuſar. *de ſubſtitut. q.* 626. *à num.* 67. Carol. de Tapia

H 3 *Neapoli*